Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 118

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 272.



Cod: CXVIII.

Chartac: Fol: Init Sæc: 15.

A 5.25.

Huguitionis regulæ derivationum.

Huguitionis regulae derivationum in grammatica. Initium praefationis est: "Cum nostri prothoplasti sugestiva prevaricacione". In eadem praefatione pag: 1. circa finem haec obscura de authore redditur notitia: "Si quis querat hujus operis quis sit autor dicendum est quod ipse deus si quis queritur quis fuerit instrumentum respondendum est quod patria physanus nomine vgwicio". Eadem leguntur in codice CVII. n: 3. ubi fragmentum hujus operis continetur. Est autem vocum primitivarum, derivatarumque explicatio ordine alphabetico digesta. In fine legitur: "Explicit hoc opus anno domini M°. CCCC° 4°. in octavo epyphanie per manus petri dicti Cämrer, vel Spitelmaister.

Huguitio, Hugutio, sive Hugo, Ugo non de Vercellis, ut quidam ajunt, sed juxta Ptolomaeum Lucensem Hist: Eccl: l. 21. c. 18, et codices nostros Pisanus, vel fuit, vel dictus est, primus glossator decretorum, et Episc: Ferrariensis obiit diem supremum circa ann: 1212. Vide Ughell: Ital: Sac: T: 2. Col: 576.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 118

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27456

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)